

ALGEBRAE DESCRIPTIO.

Exprimitur 25 biffurfolidi, plus 13 fursolidi, plus 9 cubi, minus 48 quadrati, minus 11 radices. Vel 25 sextæ, plus 13 quartæ, plus 9 secūda, minus 48 primæ, minus 11 radices.

Proinde harum regularum exempla, cum eodem modo, quo in communi negociatione aliàs monetarum, mensurarum & ponderum, atq; etiam quarumlibet aliarum rerum numeri, enuncientur, his duobus exemplis positis, puto iam facile omne propositum exemplum exprimi posse, quare de enunciatione iam satis,

ADDITIONO. CAPVT II.



In additione scribantur numeri cum suis characteribus & signis, non aliter atq; in communi numerorum uel physicalium minutiarum tractatione fieri consuevit, linea deinde sub ordinibus ducta, omnes unius characteris, seu appellationis numeri in unum colligantur. Quod si horum summæ tandem, unà cum characterē & signo cuiusq;, sub linea, eo quo maximè collectæ sint loco, scriptæ fuerint, additio peracta erit.

EXEMPLA.

Ter.	ra.	N	Quar.	N	Pri
7	+ 8	— 5	7	+ 8	— 5
3	+ 9	— 8	4	+ 11	— 5
10	+ 17	— 13	11	+ 19	— 8

Quod si in uno ordine numerus fuerit, cuius characteri uel appellationi similis in reliquis ordinibus non reperitur, ille cum suo characterē & signo summæ sub linea ascribendus erit. ut,

7	quar.	+	8	ra.	—	5	N		Item	9	ter.		
4	quar.	+	9	ter.	+	6	ra.			8	ra.		
11	quar.	+	9	ter.	+	14	ra	— 5	N	9	ter.	+ 8	ra.
	Item		4	primis	+	9	N						
	addendæ sunt		3	primæ	—	4	ra.						
	ueniunt		7	pri.	+	9	N	—		4	ra.		

Quòd si in signis fuerit aliqua diuersitas, sic quòd numerorum unius appellationis alter +, alter uero signū — habuerit: maioris super minorem numerū excessu per subtractionem cognito, is cum maioris numeri signo & characterē sub linea, quemadmodum alia, scribatur. ut,

Pri.	ra.		Pri.	ra.
6	— 8	Item	6	+ 8
4	+ 12		4	— 4
10	+ 4		10	+ 4

PROBATIO VEL EXAMEN.

— 2	+ 2 ⁴ / ₉	+ 4 ⁰	+ 48
+ 4 ⁴ / ₉	+ 2 ⁴ / ₉	+ 8	+ 48

COMPROBATIO VEL EXAMEN OPERATIONIS.

Vt nunc comprobetur rectè ne an secus in additione operatum sit, necesse erit ut primò præparetur tabula huic negotio deseruiens, hoc modo. Accipiatur ad placitum numerus, integer uel fractus, eo deinde radice loco posito, eius, prout quidem exemplorum quæ comprobari debeant characteres requirunt, singulæ quantitates ordine designentur, atq; notatis tandem his, unà cum radice posita, tabula, ut sequitur parata erit,